

Sermo

J

actores: vel fautores: vel mistri mortis christi: sed sicut contemptores qui sacramentum redemptionis in se euacuauerunt: et celesti benedictione se defraudant. Tempore namque beati francisci cum diuina pietas prima ordinis nostri iaceret fundamenta: quidam defratribus redire ad seculum temptabantur. Tunc accedens ad beatum franciscum: rogare cepit: ut a religionis vinculo solueretur: eo quod nulla ratio poterit in ordine permanere. Cui cum beatus pater nec posse nec velle se facere respondit: ad dominum hostiensis accessit: et ab eo idem responsum accepit. Videns autem quod super hoc dispensationem obtinere nequiret: spiritu temptationis impulsus: cecidit in commotione pedes suos. Cumque paululum decessisset: quidam sibi iuuenis obuiauit: et ab eo quo tenderet requisiuit. Cui cum furiosa voce diceret: quid ad te de facto meo. Ille statim lacus aperuit: manus extendit in quibus vulnera quasi recentia cruoris: non modicum effundebant. et adiecit ibi. Vulnera mea renouas: tu me iterum crucifigis: quoniam visio perterritus ille ad pedes eius cum lacrimis se proiecit: sibique ut ignosceret orauit. Statumque qui visus fuerat ab eius oculis est elapsus. Tunc ille ad beatum franciscum rediens: visa per ordinem reculit: et usque in finem vite sue deuotus in religione permansit.

In die cinerum.
Lectio Iobelis. ij.

Hec dicit dominus: Convertimini ad me in toto corde

tricesimus sextus

91

de vestro in ieiunio. in fletu et platu et scindite corda vestra et non vestimenta vestra. Et conuertimini ad dominum deum vestrum. quia benignus et misericors est. patiens et multum misericors. prestabilis super malicia. Quis scit si conuertat et ignoscat deus et reliquat post se benedictionem. Sacrificium et libamen domino deo vestro. Canite tubam in syon. sanctificate ieiunium. vocate ceterum. congregate populum. sanctificate ecclesiam. coadunate senes. congregate paruulos et fugentes verba. Egredietur sponsus de cubili suo. et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum et altare sacerdotes plorabunt ministri domini dicent. Parce domine parce populo tuo: et ne des hereditatem tuam in opprobrium: ut dominantur eius nationes. Quare dicit in populis. ubi est deus eorum. zelatus est dominus terram suam: et pepercit populo suo. Et respondit dominus et dixit populo suo. Et ecce ego mitto vobis frumentum vinum et oleum et replebitur in eis. et non dabo vobis ultra opprobrium in gentibus dicit dominus omnipotens.

Evangelium. Mathei. vi.

In illo tempore dicit ihesus discipulis suis. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. exterminant enim facies suas ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis. quod receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas unge caput tuum et faciem tuam laua. ne videaris hominibus ieiunas. sed patri tuo qui est in abscondito et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra

k. iij.